

στὸς δὲ ὁ μόνος ἐκ μόνης (τοῦ μόνου Μονογενῆς) Παρθένου τεχθεὶς, καὶ μὴ διανοίξας πύλας παρθενικάς, οὐχ « Ἁγιὸς τῷ Κυρίῳ », ἀλλ' « Ἁγιὸς τῶν ἁγίων », καὶ Κύριος τῶν κυρίων, καὶ Θεὸς τῶν θεῶν, καὶ πρωτότοκος τῶν πρωτοτόκων, ἄρχων τε ἀρχόντων, καὶ βασιλεὺς βασιλευόντων, καὶ κληθήσεται, καὶ πιστευθήσεται, καὶ προσκυνηθήσεται, καὶ νῦν ἐν τῷ ναῷ ὑπὸ Συμεῶν κηρυχθήσεται.

HOMILIA IN LAUDEM S. MARIAE DEIPARAE<sup>1</sup>

2022

[...] Νῦν δὲ τοιμήσω περὶ τῆς μόνης Θεοτόκου καθ' ἃ καταλαμβάνω· καὶ πάλιν φοβοῦμαι. Οὐκ ἔχω γλώτταν ἀξίως εἰπεῖν τὰ λίαν μεγάλα. Ἰσχυρόφωτος γὰρ καὶ βραδύγλωστος, καὶ οὐκ εὐλαλὸς ὑπάρχω, ἐν' οὕτως εἶπω, περὶ τῆς μεγαλωνύμου καὶ δόσιας καὶ ἀπειρογάμου καὶ θεοτόκου Μαρίας, μητρὸς τοῦ Κυρίου· περὶ ἧς οὐκ εὐμαρῶς ἀνθρώπων γλώττα λαλήσει. Ἰσχυροφωναῖ γὰρ πρὸς ταύτην, καὶ ὑποστέλλεται ἢ γλώσσα, οὐκ ἀξίως ἔχουσα τὸ λέγειν. Αὕτη γὰρ καὶ τὰς τῶν οὐρανῶν δυνάμεις ἐξένισεν· ἐξέστησαν πάντες ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, ἀρχαί, ἐξουσίαι, θρόνοι, κυριότητες, τὰ χερουβείμ καὶ τὰ σεραφεῖμ καὶ πᾶσα στρατιὰ ἀγγέλων φόβῳ καὶ τρόμῳ δεινῷ συσχε-

PG  
43, 488

Christus vero, qui utpote unius ac solius unigena, solus ex sola virgine natus est, nec virginales portas aperuit, non *Sanctus Domino*, sed *Sanctus sanctorum* et Dominus dominorum, et Deus deorum, et primogenitorum primogenitus, et principum princeps, et regnantium rex, cum vocabitur, tum credetur et adorabitur, nuneque a Symeone in templo praedicabitur.

2022

[...] Iam vero audebo, dicam de sola Deipara, quatenus assequor; denuo tamen vereor, utpote qui lingua non sim praeditus idonea ad ea dicenda quae sunt valde magna; sum enim exili voce tardaue lingua, et minime disertus, ut sic verba facere possim de percelebri, sancta, innupta et deipara Maria matre Domini, de qua leviter loqui non debet humana lingua. Pertenuem enim habet vocem illius habita ratione, et imminuta est lingua, quae pro dignitate facultatem dicendi non habeat. Illa siquidem vel coelorum virtutes in stuporem convertit. Obstupuerunt omnes angeli, archangeli, principatus, potestates, throni, dominationes, cherubim ac seraphim et angelorum universus exercitus, timore tremoreque gravi detenti, quia cernebant illum, qui habitat in coelis, per eam versari

PG  
43, 487

<sup>1</sup> Viri docti attribuunt Homiliam hanc (extat inter spuria S. Epiphani) *Germano Constantin.*, aut *Anonymo* eiusdem temporis, vel alio *Anonymo* saeculi v (cf. RPhTh, 542).

θέντες. Ἐθεώρησαν γὰρ ἐπὶ γῆς ἐν αὐτῇ τὸν ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἔφριττον. Ἔβλεπον τὴν Παρθένον, οὐρανὸν καὶ θρόνον, καὶ συνείχοντο φόβῳ, θεωροῦσαι τὸν ἀναρχὸν ἀπὸ θρόνου χερουβικοῦ εἰς μήτραν παρθενικὴν καθίσαντα.

PG  
43, 488

Ὡ μακαρία ῥίζα· πόθεν ταύτην ἐβλάστησε; Περὶ ταύτης ὁ προφήτης Ἡσαΐας ὡς χελιδὼν κελαδεῖ, τῇ πυρίνῳ γλώττῃ βοῶν· « Ἀναστήσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναθήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὴν Πνεῦμα φόβου Θεοῦ ».

2023

Ἐκ τῆς ῥίζης δὲ Ἰεσσαί Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκ τῆς φυλῆς Δαβὶδ τοῦ βασιλέως ἡ ἀγία Παρθένος, ἡ ὁσία τῶν ὁσίων ἀνδρῶν θυγάτηρ, ἥς οἱ γονεῖς Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα, οἵτινες ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν τῷ Θεῷ εὐηρέστησαν, οἱ καὶ καρπὸν τοιοῦτον ἐβλάστησαν, τὴν ἀγίαν Παρθένον Μαρίαν, ναὸν Θεοῦ ὁμοῦ καὶ μητέρα· Ἰωακεὶμ δὲ καὶ Ἄννα καὶ Μαρία, οἱ τρεῖς τῇ Τριάδι σαφῶς ἐλειτούργησαν. Ἰωακεὶμ γὰρ ἐρμηνεύεται « ἐτοιμασία Κυρίου »· ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἤτοιμάσθη ναὸς Κυρίου ἡ Παρθένος. Ἄννα δὲ πάλιν ὁμοίως « χάρις » ἐρμηνεύεται· χάριν γὰρ ἔλαβεν Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα, ἵνα τοιοῦτον βλαστήσωσι καρπὸν διὰ προσευχῆς, τὴν ἀγίαν Παρθένον κτησάμενοι. Ἰωακεὶμ γὰρ ἐν τῷ ὄρει προσηύχετο, καὶ Ἄννα ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτῆς. Κυφορήσασα δὲ Ἄννα, οὐρανὸν καὶ θρόνον χερουδικὸν ἔτεκε, τὴν ἀγίαν κόρην Μαρίαν. Αὕτη γὰρ

in terra, et exhorrescebant. Spectabant virginem, coelum et thronum, et formidabant, dum conspicerent eum qui principio caret, descendentem a throno cherubico, in utero virgineo sedere.

PG  
43, 487

O beata radix, quae hanc produxit. De hac Isaias propheta more hirundinis submurmurat ignea lingua exclamans: *Exsurget virga de radice Iesse, et flos de radice ascendet, et requiescet super eum Spiritus timoris Dei.*<sup>1</sup>

2023

De radice Iesse ortus est rex David, et de tribu regis Davidis sancta Virgo, sancta, inquam, et sanctorum virorum filia, cuius parentes fuerunt Ioacim et Anna; qui quidem in vita sua Deo placuerunt, atque etiam fructum eiusmodi germinarunt, sanctam virginem Mariam, templum simul et matrem Dei. Ioacim porro, Anna et Maria, hi tres Trinitati palam sacrificium laudis offerebant. Ioacim enim interpretatur *praeparatio Domini*, eo quod ex illo praeparatum sit templum Domini, nempe Virgo. Anna rursus similiter *gratia* interpretatur, propterea quod Ioacim et Anna gratiam acceperunt, ut accedentibus precibus talem fructum germinarent, sanctam Virginem adepti. Ioacim siquidem precabatur in monte, et Anna in horto suo. Anna vero gravida effecta, coelum et thronum cherubicum peperit, sanctam puellam Mariam. Illa enim reperietur esse

<sup>1</sup> Isa. XI, 1-2.

οὐρανός καὶ ναὸς καὶ θρόνος εὐρίσκεται. Ἡ γὰρ Μαρία ἐρμηνεύεται «κυρία», ἀλλὰ καὶ «ἐλπίς». Κύριον γὰρ ἔτεκε, τὴν ἐλπίδα τοῦ παντός \* κόσμου Χριστόν. Ἐρμηνεύεται πάλιν τὸ Μαρία «σμύρνα θαλάσσης»· σμύρναν δὲ ἐρεῖ, ὃ καὶ φημί, περὶ ἀθανασίας, ὅτι ἡμελλε τὸν ἀθάνατον μαργαρίτην τίκτειν ἐν τῇ θαλάσῃ, τουτέστιν ἐν τῷ κόσμῳ. Θάλασσαν δὲ ἐρεῖ τὸν ἅπαντα κόσμον, ᾧ ἡ Παρθένος γαλήνην ἐδώρησατο, τὸν λιμένα τεκοῦσα Χριστόν. Τοιγαροῦν πάλιν τῆς σεμνῆς κόρης Μαρίας ἐρμηνεύεται τὸ μακάριον ὄνομα, «φωτιζομένη», ἥτις ἐφωτίσθη παρὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐφώτισε τοὺς πιστεύσαντας εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς τῇ Τριάδι. Τριάδος γὰρ νύμφη ὑπάρχει ἡ ἀγία Θεοτόκος κόρη Μαρία, τὸ πανάρρητον τῆς οἰκονομίας κειμήλιον· πρὸς ἣν ὁ Γαβριήλ· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Ὑπέμνησεν ὁ Γαβριήλ, καὶ ὁ Πατὴρ οὐρανόθεν ἀβραβῶνα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπέστειλεν, ὡρμήσατο τὴν Παρθένον εἰς τὸν μονογενῆ Υἱόν, οὐράνιον νύμφην, ἣν ὁ Πατὴρ ἠγάπησεν, ὁ Υἱὸς ἐνώκησε, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπεπόθησεν. Αὕτη γὰρ νύμφη καὶ παστὰς, καὶ ἐκ ταύτης ὁ νυμφίος ἐκπορευόμενος Χριστός, τὸ παρθενικὸν ἐνδυμα, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου Δαβὶδ μελωδίαν· «Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκῆνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ». ὦ νυμφίου πόθος ἀγνείας! τὴν ἰδίαν δούλην, νύμφην, καὶ μητέρα ὀρμάται

\*489

coelum, templum et thronus, quia Mariam interpretari solemus *dominam*, atque etiam \* *spem*. Peperit enim Dominum, qui est spes totius mundi, nempe Christum. Rursum nomen illud Maria interpretatur *myrrha maris*. Myrrham vero aliquis dicet (quod ego etiam aio) de immortalitate, eo quod paritura esset gemmam immortalem in mari, hoc est in mundo. Mare autem dicet universum mundum, cui Virgo serenitatem et tranquillitatem contulit, dum portum peperit Christum. Rursum itaque praeclarae puellae Mariae beatum nomen interpretatur *illustrata*, utpote quae illustrata sit a Filio Dei, et cunctos credentes usque ad terminos terrae Trinitati illuminaverit. Sancta enim puella Virgo Maria est sponsa Trinitatis, et thesaurus dispensationis plane arcanus, cui Gabriel inquit: *Ave gratia plena, Dominus tecum*.<sup>1</sup> Subiunxit Gabriel, et Pater misit arrhabonem de coelo Spiritum sanctum; praeparavit Virginem unigenito Filio, coelesti sponso, quam Pater dilexit, Filius inhabitavit, Spiritus sanctus perecupivit. Ipsa est enim sponsa et thalamus, et ex ea sponsus procedit Christus, virgineum indumentum, iuxta suavem Davidis prophetae cantionem: *In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo*.<sup>2</sup> O sponsi desiderium summae puritatis! Propriam ancillam, sponsam et matrem sibi des-

\*490

<sup>1</sup> Lc. I, 28.<sup>2</sup> Ps. XVIII, 6.

ὁ Γαβριήλ· πρόξενος τῆς Παρθένου ἐγένετο, οὐρανοῦ καὶ γῆς συνάπτων τὸ θυμίαμα· ἦν προφήται σαφῶς ὑπέγραψαν, τοῦ γάμου τὴν τάξιν κηρύξαντες, πῶς ἡ Παρθένος οὐράνιος εὐρίσκεται νύμφη ὁμοῦ τε καὶ μήτηρ, ἡ τὰ πρὸ γάμου δῶρα λαβοῦσα τὸ ἅγιον Πνεῦμα, προΐκα δὲ τὸν οὐρανὸν ὁμοῦ τε καὶ παράδεισον.

Ἐζήτει οὖν ἰδεῖν ἡ Παρθένος ὃν ἐπόθει, καὶ ἔλεγε· Ποῦ ὁ νυμφίος οὐδὲ τὸ κάλλος ποθῶ; ποῦ τὸ κάλλος τοῦ ἡλίου λαμπρότερον; ποῦ τῆς πάσης εὐμορφίας ἢ ἀνεκκλήτος δόξα; ποῦ τὸ ἄσθεστον φῶς, ὃ ποθοῦσα ζητῶ; ποῦ ὁ ἥλιος ὃς ἀκτῖνα ζητεῖ; ποῦ τῶν χερουβειμ ἢ κιθάρα; ποῦ τῶν σεραφειμ τὸ ἀκοίμητον ὄμμα Χριστός; ποῦ τῶν ἀγγέλων ἡ προσκύνησις, ἣν ὁ Γαβριήλ ἐμήνυσε; ποῦ ὁ μόνος τοῦ μόνου μονογενῆς Υἱὸς τοῦ Πατρός, ὃν ἡ Παρθένος ποθοῦσα, καὶ φιλοῦσα ὁμοῦ τε καὶ ζητοῦσα ἀσπάζεται; πρὸς ἣν ὁ Γαβριήλ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη». Ἡ χάρις ἡ ἀπέραντος τῆς ἁγίας Παρθένου. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», πολλῶν ἀρετῶν κατακεκοσμημένη, λαμπαδηφοροῦσα Παρθένε τὸ ἄσθεστον τοῦ ἡλίου λαμπρότερον φῶς. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», τοῦ νοητοῦ ἀγκίστρον τὸ δέλεαρ· ἐν σοὶ γὰρ ἄγκιστρον ἡ θεότης. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἡ νοερά τῆς δόξης κιβωτός. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἡ στάμνος ἡ χρυσῆ, τὸ οὐράνιον ἔχουσα μάννα. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἡ τὴν γλυκεῖαν τῆς ἀενάου πηγῆς τοὺς διψῶντας ἐμπλήσασα.

pondet Gabriel effectus conciliator Virginis, coeli et terrae incensum atque suffimentum una copulans, quam quidem Virginem prophetae clare descripserunt, dum praedicarunt seriem nuptiarum nimirum, quomodo Virgo invenitur esse coelestis sponsa et mater, quae, donorum antenuptialium nomine, Spiritum sanctum accepit, dotis vero gratia, coelum una cum paradiso.

Quaerebat igitur Virgo conspiciere quem desiderabat, inquiens: Ubi est sponsus cuius pulchritudinem exopto? Ubi est pulchritudo sole splendidior? Ubi totius formae gloria ineffabilis? Ubi lumen quod exstingui nequit, quod ego summo cum desiderio requiro? Ubi sol qui radium exquirat? Ubi ipsorum cherubim cithara? Ubi oculus seraphim nunquam dormiens Christus? Ubi angelorum adoratio quam Gabriel indicavit? Ubi solus ac solius Patris unigenitus Filius, quem Virgo exoptans redamat, perquirens salutem? Cui Gabriel ait: *Ave, Maria, gratia plena*; gratia sanctae Virginis est immensa. *Ave, gratia plena*: multis virtutibus exornata Virgo, in lampade gestans lucem inexstinguibilem, sole splendidiorem. *Ave, gratia plena*, hami esca spiritalis; siquidem in te hamus est divinitas. *Ave, gratia plena*, gloriae spiritalis. *Ave, gratia plena*, quae es urna aurea continens manna coeleste. *Ave, gratia plena*, quae sitientes perennis fontis dulcedine satias.

2024

«Χαῖρε, κεχαριτωμένη», νοερά θάλασσα, τὸν οὐράνιον ἔχουσα μαργαρίτην Χριστόν. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ὁ λαμπρὸς οὐρανός, ἡ τὸν ἀχώρητον ἐν \* οὐρανοῖς ἔχουσα Θεόν. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἡ τὸν χερουδικὸν θρόνον τῆς θεότητος ἐξαστράπτουσα. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», κύκλον ἔχουσα οὐρανοῦ, καὶ Θεὸν ἀχώρητον, ἐν σοὶ δὲ χωρητὸν, καὶ ἀστενοχώρητον. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», στυλοειδῆς νεφέλη, ἡ τὸν Θεὸν ἔχουσα, τὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸν λαὸν καθοδηγήσαντα. Τί εἶπω; καὶ τί λαλήσω; πῶς μακαρίσω τὴν ὀλόβριζον δόξαν; ὅτι χωρὶς Θεοῦ μόνου πάντων ἀνωτέρα ὑπάρχει. Καλλιωτέρα γὰρ τῶν χερουβεὶμ καὶ σεραφεὶμ, καὶ πάσης στρατιᾶς πέφυκεν ἀγγελικῆς· πρὸς ἣν οὐρανοῦ καὶ γῆς οὐκ ἐπαρκέσει γλῶττα, τάχα δὲ οὔτε ἀγγέλων. Καὶ γὰρ αὐτοὶ ὕμνον καὶ αἶνον καὶ τιμὴν καὶ δόξαν προσήνεγκαν· ἀλλ' οὔτε οὕτω κατ' ἄξιαν εἰπεῖν ἴσχυσαν. Ἐχαιρον δὲ ἄγγελοι, ὡς αὐτοὶ μόνον τὸν Θεὸν ἔχοντες, πρὸς οὓς ἡ παναγία Παρθένος ἀνωτέρα πέφυκε, τὸν Θεὸν τὸν ἐν οὐρανῷ ἐπὶ γῆς κύησασα, ἐν' οὕτως ἐλκύση στρατιᾶς ἀγγέλων ἐπὶ γῆς μετὰ ἀνθρώπων. Αὕτη γὰρ οὐρανοῦ καὶ γῆς μεσίτης πέφυκεν ἐνότητα ποιήσασα. Ὡ μακαρία Παρθένε, ἀγνή περιστερὰ, ἡ οὐράνιος νύμφη Μαρία, οὐρανός καὶ ναὸς καὶ θρόνος τῆς θεότητος· ἡ τὸν ἐξαστράπτοντα ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ἥλιον ἔχουσα Χριστόν· ἡ φωτεινὴ νεφέλη, πάμφωτον ἀστραπὴν ἐξ οὐρανοῦ τῷ κόσμῳ κα-

PG  
43, 489

\*492

2024

*Ave, gratia plena*, mare spiritale, habens gemmam coelestem Christum; *Ave, gratia plena*, splendidum coelum, quae in coelis incomprehensum \* continet Deum. *Ave, gratia plena*, quae cherubicum thronum divinitatis fulgore superas. *Ave, gratia plena*, quae coeli circulum habes, et Deum incomprehensum in te vero comprehensum, nec arctatum continet. *Ave, gratia plena*, nubes columnae similis, quae Deum habes, qui populum deduxit per desertum. Quid dicam? Et quid proloquar? Quo pacto beatam praedicabo gloriae radicem? Solo enim Deo excepto, cunctis superior existit: natura formosior est ipsis cherubim, seraphim et omni exercitu angelico: cui praedicandae coelestis ac terrena lingua minime sufficit, imo vero nec angelorum. Etenim ipsi quidem hymnum, laudem, honorem protulerunt: non tamen eo modo eloqui pro dignitate potuerunt. Laetabantur vero angeli, tamquam ipsi dumtaxat Deum haberent: quibus sanctissima Virgo superior facta, Deum habitantem in coelis concepit in terra, ut hac ratione exercitus angelorum traheret in terram, et versaretur cum hominibus. Ipsa enim est coeli et terrae mediatrix, quae unionem naturaliter peregit. O beata Virgo, columba pura et sponsa coelestis Maria, coelum, templum et thronus divinitatis, quae coruscantem in coelo et in terra solem habes Christum; nubes lucida, quae fulgur de coelo lucidissimum ad illuminandum mundum deduxisti Christum. Nubes coelestis, quae tonitruum

PG  
43, 490

\*491

ταλάμψασα Χριστόν· ἡ οὐράνιος νεφέλη, ἡ τὴν βροντὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν ἑαυτῇ κρυπτομένην τῷ κόσμῳ καταβιβάσασα, ἡ τὸν ὄμβρον τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῇ πάσῃ γῆ πρὸς καρποφορίαν πίστεως καταράξασα.

«Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἡ πύλη τῶν οὐρανῶν, περὶ ἧς ὁ προφήτης κέκραγε λέγων· «Ἴδου ἡ πύλη κεκλεισμένη, καὶ οὐδεὶς εἰσελεύσεται δι' αὐτῆς, οὐδὲ ἐξελεύσεται, εἰ μὴ Κύριος ὁ Θεὸς μόνος· καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη τῷ ἡγουμένῳ, διότι ἡγούμενος αὐτὸς κληθήσεται, καὶ εἰς αὐτὸν ἐλπιούσι πάντα τὰ ἔθνη».

PG  
43, 492

Περὶ ταύτης τῆς πύλης καὶ ἐν τοῖς ᾠσμασι τῇ λέξει ὁ προφήτης τρανώς καὶ σαφῶς καταλέγεται κεκραγώς· «Κῆπος κεκλεισμένος, ἀδελφή μου, νύμφη· κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη». Ἔμεινεν ἐν τῇ παρθενίᾳ ἡ ἁγία καὶ σεμνὴ κόρη Μαρία, ἡ φωτεινὴ νεφέλη, ἡ ἔνδον ἔχουσα τὸν Θεὸν Λόγον· πρὸς ἣν ὁ μεγαλόφωνος Ἡσαΐας· «Ἴδου νεφέλη κούφη, καὶ ἤξει εἰς Αἴγυπτον»· τὸ ἀλατόμητον ὄρος, ἡ τὴν ἀκρότομον ἔχουσα πέτραν Χριστόν, περὶ ἧς ὁ σοφώτατος Δανιὴλ λέγει· «Ἀπετμήθη λίθος ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν»· τουτέστιν, ἄνευ ἀνδρὸς τὴν στερεὰν πέτραν Χριστόν ἔτεκεν ἡ Παρθένος, ὁ ἀσύνθετος ναός, ἡ τὸν οὐράνιον ἔχουσα λίθον Χριστόν, ἡ βροντοειδὴς νεφέλη, ἡ τὴν ἀστραπὴν ἔνδον κοιλιόφωρος βαστάσασα· καὶ μαρτυρεῖ μοι τῷ λόγῳ ἡ θεία Γραφὴ λέγουσα· «Κοιλία σου θημωνία σίτου πεφραγμένη ἐν κρίνοις»· ἡ

2025

Spiritus sancti in se ipsa reconditum deduxit in mundum, et imbrem Spiritus sancti in universam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demisit.

*Ave, gratia plena, porta coelorum, de qua propheta vociferatus est, his verbis.<sup>1</sup> Ecce porta clausa, et nullus ingrediatur per eam, nec egreditur, praeterquam Dominus Deus solus; et erit porta clausa duci, quia dux ipse vocabitur, et in ipsum sperabunt omnes gentes.*

PG  
43, 491

De hac porta etiam in Canticis propheta in discursu orationis plane et aperte proloquitur inclamans: *Hortus conclusus, soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus.*<sup>2</sup> Mansit in virginitate sancta et praeclara puella Maria, quae est nubes lucida, habens intus Deum Verbum: ad quam vocalissimus Isaias: *Ecce nubes levis, et veniet in Aegyptum,*<sup>3</sup> mons nullatenus incisus, praeruptam habens petram Christum; de qua sapientissimus Daniel ait: *Abscissus est lapis de monte sine manibus,*<sup>4</sup> hoc est absque viro solidam petram Christum Virgo peperit, ipsa templum minime compositum, quae lapidem coelestem habet Christum, ipsa nubes tonitruiformis, quae fulgur interius in utero gestat; sermonique meo attestatur divina Scriptura, dum ait:

2025

<sup>1</sup> Ezech. XLIV, 2 ss.

<sup>2</sup> Cant. IV, 12.

<sup>3</sup> Isa. XIX, 1.

<sup>4</sup> Dan. II, 45.

ἀγεώργητος χώρα, ἢ τὸν Λόγον ὡς κόκκον σίτου δεξαμένη, καὶ τὸ δράγμα βλαστήσασα, ἢ νοερά κλίβανος, ἢ τὸ πῦρ καὶ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς ἔχουσα· ἢ ὁσία μήτηρ τοῦ Σωτῆρος, \* ἢ τὸν Λόγον τοῦ Πατρὸς ἐκ σοῦ σαρκωθέντα \*493 τεκοῦσα, πρὸς ἣν Ἑσαΐας· « Ἴδού ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Ὡ Παρθένος ἅγια, ἅγια μήτηρ Κυρίου· μακαρία νύμφη Τριάδος ἀχωρίστου· μακαρία σὺ ἐν γυναιξίν, ἢ τεκοῦσα ἐπὶ γῆς ὡς βρέφος τὸν πάντων κτίστην Θεόν· μακαρία σὺ ἐν γυναιξίν, ἢ μόνῃ ἐπὶ γῆς κυήσασα τὸν οὐράνιον Θεόν· μακαρία σὺ ἐν γυναιξίν, ἢς μασθοὺς ἐθήλασεν ὁ τρέφων τὰ σύμπαντα· μακαρία σὺ ἐν γυναιξίν, ἢ νῦν γεννήσασα τὸν ποτὲ πλάσαντα πηλῶ τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ, Θεοτόκε ἅγια παρθένε Μαρία. Θεοτόκος γὰρ ὑπάρχεις, ἢ τὸν Λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα· Θεοτόκος ὑπάρχεις ἢ τὸν Θεὸν Λόγον ἐν μορφῇ δούλου κυήσασα· Θεοτόκος ὑπάρχεις, ὅτι Θεὸν Λόγον δεξαμένη σαρκωθέντα ἔτεκες· Θεοτόκος ὑπάρχεις ἢ μόνῃ τοῦ μόνου μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ γεννήσασα· οὐ πρόσκαιρον Θεὸν γεννήσασα, ἀλλ' αἰώνιον τὸν πρὸ σοῦ καὶ πάντων Θεόν, ἐκ σοῦ σαρκωθέντα· τὸ ἄσπιλον πρόβατον, ἢ τὸν ἀμὸν τεκοῦσα Χριστόν· ἢ

*Venter tuus acervus frumenti vallatus in liliis.*<sup>1</sup> Ipsa est ager minime cultus, quae Verbum velut granum frumenti<sup>2</sup> suscipiens, etiam manipulum germinavit. Ipsa clibanus intellectualis, quae ignem et vitae panem habebat. Ipsa est \* sancta mater Salvatoris, quae Verbum Patris ex se incarnatum peperit. Ad quam Isaias: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.*<sup>3</sup> \*494  
O Virgo pura, sancta mater Domini, beata sponsa Trinitatis individuae, beata tu inter mulieres, quae Deum et hominem omnium creatorem velut infantem in terra peperisti; beata tu inter mulieres, quae sola in terra Deum coelestem concepisti; beata tu inter mulieres, cuius ubera suxit is qui alit universa. Sancta Maria virgo Deipara, beata tu inter mulieres, quae nunc genuisti eum, qui olim in paradiso formavit Adam e luto. Tu enim es Deipara, quae Verbum ex te incarnatum peperisti; Deipara existis, quae Deum Verbum in forma servi concepisti; Deipara existis, quia Deum Verbum suscipiens incarnatum peperisti; Deipara existis, quae sola solius Dei unigenitum Filium genuisti; non temporaneum Deum genuisti ex te incarnatum, sed aeternum, qui ante te est, et ante omnia. Ovis immaculata, quae peperit agnum Christum; iuvenca numquam iugum

<sup>1</sup> Cant. VII, 2.

<sup>2</sup> Io. XII, 24 sqq.

<sup>3</sup> Isa. VII, 14.

δάμαλις ἢ ἀπειροζυγος, ἢ τὸν μόσχον γεννήσασα· ἢ νοερά τῆς πίστεως τράπεζα, ἢ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς τῷ κόσμῳ χορηγήσασα.

Τί εἶπω; καὶ τί λαλήσω τὴν δόξον δόξαν; Περὶ ταύτης τῆς ὀσίας κόρης τῆς ἀείπαιδος καὶ παρθένου, διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος ὁ Θεός φησιν· « Ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης, τέξεται, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· καὶ στήσεται, καὶ ὄψεται, καὶ ποιμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχυί Κυρίου». Ὡ Παρθένε ἀγία, φωτὸς αἰωνίου ὑπάρχουσα μήτηρ· φωτὸς τοῦ φωτίσαντος ἐν οὐρανοῖς τὰς τῶν ἀγγέλων στρατιάς· φωτὸς τοῦ φωτίσαντος τῶν σεραφείμ τὸ ἀνεκλάλητον ὄμμα· φωτὸς τοῦ φωτίσαντος λαμπραῖς λαμπάσι τὸν ἥλιον· φωτὸς τοῦ φωτίσαντος τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τῆς Τριάδι· φωτὸς τοῦ εἰπόντος· « Ἐγὼ εἶμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου »· φωτὸς τοῦ εἰρηκότος· « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα »· φωτὸς τοῦ ἀναληφθέντος καὶ φωτίσαντος ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς τὰ σύμπαντα. Ὡ παναγία Παρθένε, ἢ στρατιάς ἀγγέλων ξενίσασα! Ξένον γὰρ θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, γυνή τὸ φῶς ἐν ἀγκάλαις βαστάσασα· ξένον θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, χερουβικὸς θρόνος ἕτερος· ξέ-

experta, quae vitulum genuit; fidei mensa intellectualis, quae panem vitae mundo suppeditavit.

Quid dicam, et quibus verbis explicabo gloriam radicibus fundatam? De hac sancta puella, semper, inquam, puella et virgine, Deus per prophetam ait: *Ex te mihi exhibit dux, qui sit dominator in Israël, et egressus eius ab initio a diebus aeternitatis; propterea dabit eos usque ad tempus parientis; pariet, et reliqui filiorum eius convertentur ad filios Israël; astitit et videbit, et pascet ovile suum in potentia Dominus.*<sup>1</sup> O virgo sancta, lucis aeternae mater, lucis, inquam, quae in coelis illuminat copias angelorum; lucis, quae illuminat ipsorum seraphim incomprehensum oculum; lucis, quae illuminat solem splendidis facibus; lucis, quae fines terrae illuminat ad credendum Trinitati; lucis, quae dixit: *Ego sum lux mundi,*<sup>2</sup> lucis, quae dixit: *Ego lux in mundum veni:*<sup>3</sup> lucis, quae assumpta est, et illuminavit cuncta, quae sunt in coelis et in terra. O Virgo sanctissima, quae exercitus angelorum in stuporem deduxisti! Stupendum enim est miraculum in coelis, *mulier amicta sole;*<sup>4</sup> stupendum miraculum in coelis, mulier gestans lucem in ulnis; stupendum miraculum in coelis, alter thronus cherubicus; stupendum miraculum

<sup>1</sup> Mich. V, 2-4; Matth. II, 6.

<sup>2</sup> Io. VIII, 12.

<sup>3</sup> Io. XII, 46.

<sup>4</sup> Apoc. XII, 1.



νον θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, γυναικὸς υἱός, αὐτῆς καὶ τῶν αἰώνων πατὴρ ὑπάρχων·  
 ξένον θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, Παρθένου θάλαμος, Υἱὸν Θεὸν νυμφίον ἔχουσα  
 Χριστόν· ξένον θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, τὸ βρέφος τῆς Παρθένου, Δεσπότης τῶν  
 ἀγγέλων πέφυκεν. Ὡ παναγία Παρθένε, μήτηρ τοῦ Σωτῆρος, ἡ τὸν ἀναρχον  
 γεννήσασα Λόγον, τὸν τοῦ Πατρὸς σύνθρονον Υἱόν, τὸν ὁμοούσιον τοῦ Πα-  
 τρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸν προαιώνιον σὺν Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύ-  
 ματι, τὸν τοὺς οὐρανοὺς καμαρώσαντα, τὸν τὴν γῆν ἐδράσαντα. Χαῖρε, πα-  
 ναγία Παρθένε, ἡ τὸ πῦρ τῆς θεότητος \* ἀφλέκτως, ὡς νοερὰ βάτος, κα-  
 τέχουσα, ἡ νοερὰ κλίβανος, ἡ τὸ πῦρ καὶ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς θερμὸν τῷ  
 κόσμῳ πρὸς βρωσὶν ἐνέγκασα· περὶ οὗ λέγει ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου Χριστός·  
 «Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφραστον  
 ἁμαρτιῶν». Πλουσία τῆς παρθενικῆς ἡ πανάρετος τράπεζα, ὧ ἀγαπητοί, παν-  
 τοίων καλῶν βρωμάτων πρὸς ἀπόλαυσιν τῆ οἰκουμένη ἐδωρήσατο ἡ ὁσία  
 Παρθένος καὶ μήτηρ τοῦ Χριστοῦ, ἡ τὸν φωτεινὸν λύχνον τὸν ἐκλάμποντα  
 ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς βαστάσασα Χριστόν· πρὸς ἣν ὁ προφήτης Ζαχαρίας·  
 «Ἴδου λυχνία χρυσῆ καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς». Τοιγαροῦν καὶ ὁ Δαβὶδ  
 τὸ μελωδικὸν ἄσμα τοῦτο βοᾷ· «Λύχνος τοῖς ποσὶ μου ὁ λόγος σου, καὶ  
 φῶς τοῖς τρίβοις μου».

\*496

in coelis, mulieris filius, qui et ipsius, et saeculorum est pater; stu-  
 pendum miraculum in coelis, thalamus Virginis, habens Filium Dei,  
 Deum sponsum Christum; stupendum miraculum in coelis, Domi-  
 nus angelorum, infans Virginis effectus est. O sanctissima Virgo ma-  
 ter Salvatoris, quae genuisti principio carens Verbum, Filium scilicet  
 eundem cum Patre habentem thronum, consubstantiali Patri  
 et Spiritui sancto, qui cum Patre et Spiritu sancto est ante saecula,  
 qui concameravit coelos, et terram condidit. Ave, sanctissima Virgo,  
 quae velut rubus intellectualis absque combustionem \* divinitatis ignem  
 tenes. Clibanus intellectualis, qui ignem et panem vitae calidum  
 mundo in esum attulit, de quo Salvator mundi Christus ait: *Acci-  
 pite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in re-  
 missionem peccatorum.*<sup>1</sup> Locuples est, charissimi, virtutibus plena  
 mensa Virginea, optimis quibuscumque cibis abundans, quibus terra  
 fruatur, largita est sancta Virgo et mater Christi, quae splendidam  
 lucernam relucentem in coelo et terra Christum gestavit, ad quam  
 propheta Zacharias: *Ecce candelabrum aureum et facula super ipsum.*<sup>2</sup>  
 Quinetiam David canticum hoc suavissimum inlclamat: *Lucerna  
 pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis.*<sup>3</sup>

\*495

<sup>1</sup> Matth. XXVI, 26, 28; Marc. XIV, 22-24; Lc. XXII, 19-20.

<sup>2</sup> Zach. IV, 2.

<sup>3</sup> Ps. CXVIII, 105.

ἜΩ λυχνία παρθενική, ἡ τὸ σκότος ἀπελαύνουσα καὶ τὸ φῶς καταυγάζουσα. ἜΩ λυχνία παρθενική, ἡ τὸ πῦρ καὶ τὸ ἔλαιον ἀχώριστον πρὸς φωτισμὸν ἐνέγκασα. ἜΩ λυχνία παρθενική, τρίφωτον ἐν πῦρ ἄσβεστον, ὁμοούσιον ἀφ' ὑψηλοτάτου θρόνου λαβοῦσα, καὶ πρὸς φωτισμὸν τῆς οἰκουμένης ἐκλάμψασα. ἜΩ λυχνία παρθενική, περὶ ἧς διὰ τοῦ Προφήτου λέγει ὁ Θεός· «Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρασ τῷ Δαβίδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου». Ὁ βασιλικὸς στέφανος, τὸν μαργαριτοειδῆ πολύτιμον ἔχουσα λίθον Χριστόν· ἡ βασιλικὴ πορφύρα, τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἐνδύσασα βασιλέα τὸ οἰκουμενικὸν τοῦ σώματος πορφυροειδῆς ἔνδυμα· ἡ ἀκηλίδωτος τῶν Χριστιανῶν πίστις· ἡ ἀκατάληπτος βίβλος, ἡ τὸν Λόγον καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς τῷ κόσμῳ παραναγνώσασα. Ἡ μακαρία ἐν γυναιξίν, ἡ τὸν Λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα, Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς Υἱόν, Λόγον τὸν προαιώνιον Θεόν, Λόγον ἀναρχον, καὶ ἀτίδιον, Λόγον τὸν σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνούμενον, Λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ Πατρὸς, Λόγον τὸν ἐπὶ τῶν χερουβείμ καθήμενον, Λόγον, ὃν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, Λόγον τὸν τοὺς ἀγγέλους κτίσαντα, Λόγον τὸν ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας εἶναι ποιήσαντα, Λόγον τὸν οὐρανοὺς ἐκτείναντα, καὶ τὴν γῆν ἐδράσαντα, Λόγον τὸν ἀληθινὸν Θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν τὸν Κύριον ἡμῶν, ὃν ἔτεκες, παναγία Παρθένε, καὶ μετὰ τόκον

O candelabrum virgineum, quod illustravit tenebris involutos. O candelabrum virgineum repellens tenebras et lucem splendere faciens. O candelabrum virgineum, quod ignem et oleum inseparabile ad illuminandum intulit. O candelabrum virgineum, quod ab altissimo throno accepit ter lucidum ignem, unum, inexstinguibilem, consubstantialem et ad illustrandam terram resplenduit. O candelabrum virgineum, de quo per Prophetam Deus inquit: *Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo.*<sup>1</sup> Corona regia pretiosissimum habens lapidem, et gemmis similem Christum; purpura regia, quae coeli terraeque regem induit, universale corporis indumentum purpuram referens, constantissima Christianorum fides; liber incomprehensus, quae Verbum et Filium Patris mundo legendum exhibuisti. Beata inter mulieres, quae Verbum ex te incarnatum peperisti, Verbum, inquam, Patris Filium, Verbum ante saecula Deum, Verbum initio carens et aeternum, Verbum cum Patre et Spiritu sancto unitum, Verbum eundem cum Patre habens thronum, Verbum sedens super cherubim, et Verbum quod glorificant animalia quadruplicem faciem habentia, Verbum quod creavit angelos, Verbum quod fecit ut principatus et potestates essent, Verbum quod extendit coelos et terram condidit, Verbum verum Deum ipsum Christum Dominum nostrum, quem, sanctissima Virgo, peperisti,

<sup>1</sup> Ps. CXXXI, 17.

πάλιν παρθένος, ἢ τὸν μαργαρίτην τεκοῦσα, καὶ τὸν βασιλικὸν στέφανον πλέξασα. Ὡ μακαρία Παρθένε, ἢ τὴν οὐράνιον δόξαν βλαστήσασα, ἢ ἀπὸ πολλῶν ἀνθῶν τοῦ παραδείσου τὸν κόσμον εὐωδίᾳ πληρώσασα. Κρίνον ἄσπιλον ὑπάρχει ἡ Παρθένος, τὸ ἀμάραντον ῥόδον γεννήσασα Χριστόν, ἢ ἄμπελος τῆς ἀληθείας, ἢ πολύφορος καὶ ἀτρύγητος τῆ παρθενία, ἢ μὴ σκαφεῖσα, καὶ βοτρυοφορήσασα, ἢ τὸν πέπειρον βότρυν βλαστήσασα Χριστόν. Πῶς οὖν ἐδλάστησας, πεῖσον ἡμᾶς, παναγία Παρθένε· πῶς μήτηρ Θεοῦ ὄφθης ἐπὶ γῆς, Λόγον προαιώνιον δεξαμένη. Ἡ κοιλιοφορήσασα παρθένος ἐγὼ ἄφθαρτος, καὶ ἀμόλυντος γέγονα τοῦ ἐνοικήσαντος ἐν ἐμοὶ Λόγου Θεοῦ ἀπειρογάμου.

\* Τὸν Ἐμμανουὴλ ἐν ἀφθάρτῳ κοιλίᾳ φέρουσα, εἰς γαστέρα ἀμόλυντον, ἀφομοιουμένη θρόνῳ χερουδικῶ· εἰς ἣν ὁ Λόγος τοῦ Πατρὸς σὰρξ ἐγένετο, ὁ ἀναρχος καὶ ἀόρατος· ὁρατὸς οἰκονομικῶς, ὁ ἐνανθρωπήσας Θεός· πεῖραν οὐκ ἐγνωκυῖα ἀνδρός, τὸν προαιώνιον Θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν ἔτεκεν. Παρθένος γὰρ καὶ νῦν ὑπάρχω μετὰ τὸν τόκον, καθαρωτέρα τοῦ πρῶην. Ἀπόνως ἔτεκεν, οὐχ ὡς πᾶσα γυνή· ἀνόμοια γὰρ ἐμοῦ κἀκείνων τὰ μεταξὺ πράγματα. Οὐκ ἔγνω φύσις ἀνθρώπων τὸν τόκον μου, εἰ μὴ ὁ μόνος ὁ ἐν ἐμοὶ οἰκήσας Θεός. Ὡ Παρθένε, φρικτὸν τῆς Ἐκκλησίας κειμήλιον, τὸ μέγα τυχὸν μ-

et denuo post partum virgo, quae gemmam produxisti, coronam regiam plexuisti. O beata Virgo, quae gloriam coelestem portasti, et ex multis floribus paradisi mundum odore bono replesti. Virgo est lilium immaculatum, quae rosam immarcescibilem genuit, Christum; vitis veritatis fertilissima, et quod ad virginitatem minime vindemiata; quae licet non fossa, uvarum tamen feracissima: nempe quae maturam uvam germinavit Christum. Quamobrem, sanctissima Virgo, fac nobis fidem, qua ratione germinaveris, quo pacto suscipiens Verbum, quod est ante saecula, mater Dei visa sis super terram. Ego virgo incorrupta, quae in utero gestavi, effecta sum templum impollutum habitantis in me Verbi Dei nuptiarum expertis.

\* Emmanuelem gestavit in utero incorrupto, in ventre impolluto, similis effecta throno cherubico: in qua caro factum est Verbum Patris, qui Deus est initio carens, et licet invisibilis, spectabilis tamen per dispensationem assumptae carnis factus est. Non experta, nec cognoscens virum, peperit Deum, qui est ante saecula, ipsum Christum. Nam etiam nunc sum virgo post partum, purior (si dicere licet) quam antea; sine labore peperit, non ut omnes mulieres; dissimiles enim fuerunt res meae ac illarum inter pariendum. Non novit natura humana partum meum, excepto solo Deo, qui in me habitavit. O Virginem, stupendum Ecclesiae thesaurum, qui adeptus

στήριον, ιερέα καλεῖ τὴν παρθένον ὁμοῦ τε καὶ θυσιαστήριον· ἥτις τραπεζοφοροῦσα τὸν οὐράνιον ἄρτον Χριστὸν ἔδωκεν ἡμῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Ὡ γαστήρ ἀμόλυντος οὐρανὸν κύκλον ἔχουσα, καὶ Θεὸν ἀχώρητον, ἐν σοὶ δὲ χωρητὸν βαστάσασα. Ὡ γαστήρ οὐρανοῦ πλατυτέρα, Θεὸν τὸν ἐν σοὶ μὴ στενοχωρήσασα. Ὡ γαστήρ ἐπτάκυκλος οὐρανός, καὶ μειζοτέρως αὐτῶν τυγχάνουσα. Ὡ γαστήρ ἐπτά οὐρανῶν ὑψηλότερα καὶ πλατυτέρα. Ὡ γαστήρ ὁ ὄγδοος οὐρανός στερεωμάτων ἀνωτέρα. Ὡ γαστήρ ἐπταφώτου χάριτος τὸ ἄσβεστον ἔχουσα φῶς. Τί εἶπω, ἢ τί λαλήσω περὶ τῆς σεμνῆς καὶ ἀγίας Παρθένου; Ὁ πόθος ἔλκει με λέγειν περὶ τῆς Θεοτόκου, καὶ φόβος κατέχει με τοῦ σιωπᾶν, οὐκ ἀξίως ἔχων τοῦ λέγειν. Ὁ νοῦς προκαλεῖται, καὶ ὁ φόβος ἀπαθεῖται· ὃς μὲν ἔλκει με, ὃς δὲ ἀνθέλκει με. Ἐπειδὴ οὖν συνέχομαι τῶν ἀμφοτέρων, συμφέρει μοι λαλῆσαι περὶ τῆς μεγαλωνύμου καὶ ὀσίας Παρθένου. Λέγω γὰρ ταύτην οὐρανὸν καὶ θρόνον ὁμοῦ τε καὶ σταυρόν· τὰς γὰρ ἀγίας ἀγκάλας ἐκτείνας, τὸν Δεσπότην ἐβάστασεν ὁ θρόνος χερουβικός, σταυροειδής, οὐράνιος, περὶ ἧς διὰ τῶν Γραφῶν ἐν οὐρανοῖς παρακύπτω, καὶ βλέπω ταύτην ὑπὸ ἀγγέλων προσκυνουμένην. Ὅθεν πρῶτον ὁ Γαβριὴλ τὴν Παρθένον ἀσπάζεται· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ»· «χαῖρε, καχαριτωμένη», ὁ λαμπρὸς οὐρανός· «χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἢ τὸν ἐξαστράπτοντα ἐξ οὐρανοῦ λαμπραῖς λαμπάσιν ἀκτῖνα ἔχουσα ἥλιον τὸν Χριστόν.

est ingens mysterium, Virginem appellat velut sacerdotem pariter, et altare; quae quidem mensam ferens, dedit nobis coelestem panem Christum in remissionem peccatorum. O uterum impollutum, habentem circulum coelorum, qui Deum incomprehensum, in te vero comprehensum portasti. O uterum coelo amplioem, qui Deum in te non coarctasti. O uterum, qui coelum es septem circulis constans, et capacior illis existis. O uterum, septem coelis sublimiorem atque latioreem. O uterum, qui es octavum coelum, septem firmamentis celsiorem. O uterum, habentem inexstinguibile lumen septies lucentis gratiae. Quid dicam, aut quid loquar de praeclara et sancta Virgine? Desiderium me trahit, ut de Deipara verba faciam; et formido me retinet in silentio, ut qui non habeam facultatem dicendi pro dignitate. Animus hortatur, et metus deterret: ille quidem trahit me, iste vero me abstrahit. Cum ergo ab utroque distinear, expedit mihi ut sermonem habeam de percelebri et sancta Virgine. Dico enim illam esse coelum, thronum simul et crucem; extendens enim sanctas ulnas Dominum portavit thronus cherubicus, cruciformis et coelestis, de qua per Scripturas in coelos incumbo, et conspicio illam ab angelis adorari. Hinc Gabriel in primis salutatur Virginem: *Ave, gratia plena*, quae es splendidum coelum. *Ave, gratia plena*, quae habes radium de coelo lucidis facibus coruscantem, utpote solem Chri-

Σεραφεῖμ γέγονεν ἡ Παρθένος, ἡ πολυώνυμος, καὶ πολυόμματος, τῆς ἀκατάληπτου θέας· σκέπη τις νοερά, δι' οἰκουμενικοῦ σώματος εὐρεθεῖσα, τὰ χερουβεῖμ ὑπερβαίνουσα. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἀποστρέφονται μὴ δυνάμενα ἀτενίσαι πρὸς νοητὸν πῦρ τῆς θεότητος. Αὕτη δὲ τρανοῖς ὄμμασιν ἐνατενίζουσα τὸ ἀκατάληπτον καὶ ἀκοίμητον ὄμμα Χριστοῦ, ποθοῦσα καὶ φιλοῦσα ἠσπάζετο. Στρατιαι ἀγγέλων ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ Σωτῆρος προσπίπτοντες, οὔτε ἰδεῖν, οὔτε προσψαῦσαι ἰσχύουσιν· αὕτη δὲ χεῖλη χεῖλεσι συνάπτουσα τὸν ἀκατάληπτον ἠσπάζετο. Ὡ Παρθέने, ἀκατάληπτου μυστηρίου φέρουσα θαῦμα, τριπόθητον πίστιν τῇ οἰκουμένη κηρύξασα.

Ἀγγέλων ἀνωτέρα γέγονεν ἡ Παρθένος, μειζότερα τῶν χερουβεῖμ καὶ τῶν σεραφεῖμ, ἀρέσκουσα τῷ βασιλεῖ Χριστῷ, ὡς ἀξία δούλη καὶ μήτηρ τιμηθεῖσα παρὰ Θεῷ. Ἁγία μήτηρ ἀμόλυντε, ἡ τὸν πρὸ σοῦ \* γεννήσασα \*500 Χριστὸν τὸν εἰπόντα· « Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγὼ εἰμι »· ἡ τὸ σπήλαιον δοξάσασα, καὶ τὴν φάτνην μεγαλύνασα. Παρθένος γὰρ καὶ σπήλαιον καὶ φάτνη, οὐρανοῦ κύκλον ἔχοντες, Θεὸν ἀχώρητον ἔφερον, οἱ τρεῖς τῇ Τριάδι σαφῶς λειτουργήσαντες, ὅτε ἡ Παρθένος ἀπόνως τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς Δεσπότην ἐν τῷ σπηλαίῳ κυήσασα, ἐν τῇ φάτνῃ ἔθετο, τότε καὶ τάξεις ἀγγέλων τὴν Παρθένον ἐκύκλωσαν βοῶντες καὶ λέγοντες· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ

stum. Virgo plurium nominum et multocula effecta est seraphim incomprehensae visionis; quae inventa est velamentum quoddam intellectuale corporis universalis, cherubim transcendens. Illa enim avertuntur, cum nequeant spiritalem ignem divinitatis fixis oculis intueri: haec autem apertis oculis fixe intuens incomprehensibilem et somni expertem oculum Christi, cum desiderio et osculo salutabat. Exercitus angelorum (qui sunt scabellum pedum Christi) procidentes nec videre possunt, nec contingere: haec vero labra labris coniungens, incomprehensum salutabat. O Virgo incomprehensi mysterii ferens miraculum, quae fidem ter optatam orbi praedicasti!

Virgo sublimior angelis facta est, superior ipsis cherubim et seraphim, placens Christo regi, a Deo in honore habita, tamquam ancilla digna et mater. Sancta mater immaculata, quae genuisti Christum, \* qui est ante te, et dixit: *Priusquam Abraham fieret, ego sum.*<sup>1</sup> Quae stabulum gloria exornasti, et praesepe illustrasti. Virgo siquidem, spelunca et praesepe, coeli circulum prae se ferentes Deum incomprehensum gestabant: utpote tres Trinitati aperte ministrantes, quando Virgo in spelunca citra laborem praegnans, coeli et terrae Dominum deposuit in praesepio; tunc etiam ordines angelorum circumstabant Virginem cum clamore dicentes: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae vo-*

<sup>1</sup> Io. VIII, 58.

γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία». Ὅθεν καὶ ποιμένες ἀγραυλοῦντες τὴν τοιαύτην δοξολογίαν τῶν ἀγγέλων ἤκουσάν τε περὶ τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῷ δρόμῳ βαδίσαντες, τὸ φῶς προσεκύνησαν, ξένον θαῦμα θεασάμενοι, τὴν δούλην τοῦ Δεσπότου καὶ τὴν ἐπίγειον παρθένον, οὐράνιον νύμφην. Αὕτη γὰρ καὶ νύμφη, καὶ παστὰς, καὶ Θεοῦ μήτηρ ὤφθη ἐν τῷ σπηλαίῳ, ὅτε τὸ βρέφος ἔτεκε Χριστόν, κατὰ τὴν προφητικὴν Ἑσαίου φωνήν· ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν· υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, Θεὸς ἰσχυρός, ἐξουσιαστής, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος». Εἰτὰ φησι μετὰ ταῦτα· Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν ὑπὸ ἀστέρος φωτεινοῦ καταλαμπόμενοι, καὶ ὁδηγούμενοι, τὸ μῆκος τῆς ἐξ ἀνατολῆς ὁδοῦ βαδίσαντες, ἤκασιν εἰς προσκύνησιν τοῦ τεχθέντος ἐν Βηθλεέμ.

PG  
43, 501

[...] Οἱ δὲ ἰδόντες τὸν ἀστέρα, μᾶλλον δὲ τὸν Σωτῆρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, οἱ καὶ κύψαντες προσεκύνησαν, καὶ ἐκβαλόντες τὰ δῶρα, χρυσὸν καὶ λίθον καὶ σμύρναν. Χρυσὸν μὲν ὡς βασιλεῖ· λίθον δὲ ὡς Θεῷ· καὶ σμύρναν ὡς θνητῷ· μᾶλλον δὲ ἵνα καὶ τὸν ἐνταφιασμὸν μηνύσωσι τοῦ πάντων κτίστου καὶ δημιουργοῦ Χριστοῦ, ὃν ἔτεκεν ἡ οὐράνιος νύμφη Μαρία, ὁ οὐρανὸς καὶ ναὸς καὶ θρόνος τῆς θεότητος, τὸ ἀνεκλάλητον τοῦ παραδείσου

2026

*luntatis*.<sup>1</sup> Quapropter etiam pastores, qui ruri pernoctabant, huiusmodi glorificationem angelorum audierunt de Salvatore, et celeri cursu properantes, lucem adoraverunt; spectantes miraculum insolens, ancillam Domini et virginem in terra versantem, evasisse sponsam coelestem. Ipsa enim et sponsa, et thalamus, et Dei mater visa est in stabulo, quando peperit infantem Christum: iuxta propheticam Isaiae vocem, nempe: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius, et vocatur nomen eius magni consilii Angelus, Deus fortis, potestate pollens, Princeps pacis, Pater futuri saeculi*.<sup>2</sup> Tum post haec, Magi a partibus Orientis, a stella splendida illustrati et deducti, peracta itineris ab Oriente longitudine, venerunt Bethlehem ad adorandum partum. [...]

PG  
43, 502

[Magi] vero cum vidissent stellam, imo potius Salvatorem, gavisissimi sunt gaudio magno: et incurvantes se adoraverunt, obtuleruntque dona, aurum, thus, et myrrham: aurum quidem velut regi, thus autem tamquam Deo, et myrrham tamquam mortali; vel potius ut indicarent sepulturam creatoris et opificis omnium Christi, quem peperit sponsa coelestis Maria, quae est coelum, templum, et thronus divinitatis, inexplicabile paradisi monile. Angeli accusabant

2026

<sup>1</sup> Lc. II, 14.

<sup>2</sup> Isa. IX, 6.

κειμήλιον. Ἄγγελοι τὴν Εὐάν ἐμέμφοντο, νυνὶ δὲ τὴν Μαρίαν δοξάζουσιν· ἢ τὸ ἀσθενὲς τῶν γυναικῶν κυρίως δοξάσασα, ἢ τὴν πεσοῦσαν Εὐάν ἀναστήσασα, καὶ τὸν ἐκβληθέντα τοῦ παραδείσου Ἀδὰμ εἰς οὐρανοὺς ἀποστείλασα, ἢ τὸν κλεισθέντα παραδείσον ἀνοίξασα, καὶ διὰ ληστοῦ πάλιν τὸν Ἀδὰμ καταφυτεύσασα. Διὰ σοῦ γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ τὴν ἔχθραν κατέλυσεν, ὧ ἅγια Παρθένε· διὰ σοῦ ἢ οὐράνιος εἰρήνη τῷ κόσμῳ ἐδωρήθη, διὰ σοῦ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐφωτίσθη, διὰ σοῦ ἄνθρωποι ἄγγελοι γεγόνασι, διὰ σοῦ φίλοι, καὶ δοῦλοι, καὶ τέκνα Θεοῦ ἄνθρωποι ἐκλήθησαν, καὶ διὰ σοῦ σύνδουλοι ἀγγέλων καὶ συνόμιλοι ἄνθρωποι ἠξιώθησαν γενέσθαι· διὰ σοῦ γνῶσις οὐράνιος, καὶ δοξολογία ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναπέμπεται· διὰ σοῦ παρρησίαν ἄνθρωποι ἐν οὐρανῷ πρὸς τὸν Ὑψιστον ἔχουσι· διὰ σοῦ σταυρὸς ἔλλαμψε κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἐν ᾧ τὸ βρέφος σου ἐκρέματο Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· διὰ σοῦ θάνατος πατεῖται, καὶ ἄθης σκυλεύεται· διὰ σοῦ τὰ εἶδωλα πεπτώκασι, καὶ γνῶσις οὐράνιος ἐγήγερται· διὰ σοῦ τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐγνώκαμεν, ὃν ἔτεκες, παναγία Παρθένε, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ᾧ πάντες ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι προσκυνοῦντες λέγομεν, ἄναρχον τὸν Πατέρα, ἄναρχον τὸν Υἱόν, ἄναρχον τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ἀχώριστον καὶ ὁμοούσιον δοξάζοντες εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

Evam, nunc vero Mariam gloria prosequuntur, quae mulierum infirmitatem vere gloriosam reddidit, quae lapsam Evam erexit, et Adamum e paradiso deiectum in coelos misit; quae paradysum clausum aperuit, et per latronem rursus Adamum complantavit. Per te enim, o sancta Virgo, medius obstructionis paries inimicitias dissolvit; per te pax coelestis donata est mundo, per te homines facti sunt angeli, per te homines appellati sunt amici, servi, et filii Dei, per te homines meruerunt esse conservi angelorum, et cum eis familiariter conversari, per te notitia coelestis a terra transmittitur in coelos; per te homines fiduciam habent in coelo erga Altissimum; per te crux resplendit per universam terram, in qua quidem cruce pependit filius tuus Christus Deus noster; per te mors conculcatur, et spoliatur infernus; per te ceciderunt idola, et excitata est notitia coelestis; per te cognovimus unigenitum Filium Dei, quem, sanctissima Virgo, peperisti, Dominum nostrum Iesum Christum, quem omnes angeli atque homines adorantes, dicimus principio carentem Patrem, carentem principio Filium, et principio carentem Spiritum sanctum, Trinitatem individuum et consubstantialium glorificantes in saecula saeculorum. Amen.